



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.5. Miserunt. Decens etenim est, honestiores mulieres, velus Sara, domi remanere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

elegit, quibus confidebat ipsique in manus tradi- dit omnem Salomonis scripturam, quibus hoc ordinavit, vt ex illa seligerent quicquid anima- rum posset conducere profectui: cetera vero quæ curandis tantum corporibus proderant, flammis traderem exurenda: hoc auquit, est quod notamus in primo libro Salomonis. *Hæc sunt pro- uerbia Salomonis discreta quæ scripserunt amici E- zechia regis sic legit ille, quod nostra vulgata scribit: Hæc parabola Salomonis, quæ transfule- runt regi Ezechia regi Iuda.* Nota inquit verbum

Prou. 25.

hoc: *prouerbia discreta*: vnde de tribus millibus illis parabolis & quinque millibus discursuum quos Salomon composuit: si vltimus inquisieris, ait Diuus Athanasius, qua ratione potuerit hoc agere, Rex Ezechias, cum vir esset, vt sanctitate ita prudentia nemine inferior, si nouerit hanc doctrinam de medicamentis Deo dictante con- scriptam in hominum remedium, cur illam sustulit exui? respondebo tibi, inquit, cum doctrina Eusebii Pamphili qui respondet, quod hanc ob cau- sam hoc fecerit: quia Rex erat piissimus Deique honorum zelabat ex animo: vidit autem quod progenitio suo regi Asa conuigerat, & quod apud fideles populi Dei erat frequentissimum, cum cogitas haberent infirmitatibus medicinas: his omnem fidebant suæ salutis curationem, tan- tumque medicis tribuebant, vt ad eos solum- modo confugerent, Dei vero non recedarentur, non ab eo peterent suus in necessitatibus auxi- lium: ideo et tales libros flammis iniecit com- butendos. *Libros autem Salomonis, quæ scripti e- rant de prouerbijs & omnibus quibus tractabatur de natura Plantarum & omnigenere animalium, de curatione omnium morborum, de medio sustulit E- zechias: propterea quod morborum audelas inde acciperet populus, vt nihil faceret à Deo petere cu- rationis.* An ergo Deus hanc non aperuit scien- tiam? nuuquid non ille qui hæc voluit à Salo- mone conficari? vtique, vt per hoc pateret sua in creatione potentia eiusque in talia nobis dan- do remedia liberalitas, verumtamen conueniens fuit illos ex hominum oculis auferri: quia ni- mium illis confidebant & minus Deo.

E. de Pri- sca hist.

VIII. Quia illis homines obliui Dei animis co- fidebant.

Eys: 2. PAMENI

curatio omnium morborum, de medio sustulit E- zechias: propterea quod morborum audelas inde acciperet populus, vt nihil faceret à Deo petere cu- rationis. An ergo Deus hanc non aperuit scien- tiam? nuuquid non ille qui hæc voluit à Salo- mone conficari? vtique, vt per hoc pateret sua in creatione potentia eiusque in talia nobis dan- do remedia liberalitas, verumtamen conueniens fuit illos ex hominum oculis auferri: quia ni- mium illis confidebant & minus Deo.

IX. Cur Eze- chias ser- pentem aneu con- fregit.

Obuium omnibus est ex Dei præscripto per Moysen serpentem erectum fuisse aneu curan- dis morbis mortalibus, moribusque igituram serpentem remedium efficacissimum: iululomi- nus vt vidit Rex idem Ezechias, quod populus plus iusto illi confideter serpenti, atque in eum omnem spem suam conijceret, nec ad Deum, in eo sperans, confugeret, eundem contregit tele- git in puluerem: vt vero eius penitus antretet

memoria, in torrentem Cedron eiusdem demer- sit reliquias.

Ex his additoe: cur voluerit Deus, vt cum tanta sint vbiq; medicamina, tam pauca tamen cognoscantur, & hæc quidem tam parua effica- cia: nec non quod medici quantumuis diligen- ter studeant, tam parum intelligant; licet enim multoties pulsum tuum percutent in tuæ tamen infirmitatis cognitione crebro hallucinantur: ni- mirum vt hoc noueris, tibi præ cæteris in illa ad Deum esse recurrendum, primumque illi lo- cum concedendum; deinde *de locum medico nec loca transmutas, eum qui Dei est, dans medico, & qui medici est, Deo tribuens.* Hæc variæ con- Docetone curant spiritus sancti sententia, quibus nobis Spiritus. proponit plus æquo esse, vt ad Deum omnium ad Deum primo recurreamus: *Insuper cor suum tradet ad vi- gilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.* Diluculo, id est omnium primò ad Deum in oratione recurre- re: hoc asseruit amicus ille Iob: *Si diluculo conseruaueris ad Deum & omnipotentem sueris de- precatus, statim euigilabit ad te. & pacatum red- det habitaculum iustitia tue.* Optime nos docent hæc domicella: & à Deo instructas se ostendunt, quæ stans languore mortali depressæ confellim ad Christum recurrunt.

Ecl. 39/6

Tob 8. 5.

§. 5. Miserunt. Decons-erentim est, honestio- res mulieres, velut Sara, domi remane- re.

Diuus Chrysostomus trinitat verbum illud, *Miserunt*, & querit cur ipsæ non acced- serunt? non enim inurbaniores erant ipso Centurione ipsoque Regulo: nec minus Christi Personam teuebantur: illi tamen ipsi profecti sunt: hic in filij sui, alter in famuli sui letali mor- bo à Domino remedio flagitaturi non erant illæ ipsa Summitude rudiotes, quæ vatis Elishæ que- situra subsidium pro filio suo iam moriente, cum famulos haberet hos & alios mittendos, ipsa ta- men virum Dei conuenit commota respectu quo prophetam venerabatur, tum, quod indicaret in- congruum alterius quam suæ fidei diligentiæ id à quo filij sui salus curada dependebat. Quini- mo ipse Rex Ieroboam, de cætero sacrilegus, filium suum dolens infirmum & vatis Ahie pa- tiocinium exoptans suo moneti censuit se deo- gaturum si nobilem aliquem aut famulum mit- teret honorarium: quare vxori suæ Regina, filij languentis matris hoc ipsum commisit, vt ea per- getet

14. D. Hom. 61. in 1. annu.

I. *seruet vatemque consuleret. Varias adducit D. Chrysolomus rationes prima: non latebat has domicellas Christum non tantum facere quod ipsa corpore, quantum anima per vivam fidem accederent, ut in historia (curiosioris exposuimus. Secunda: in obsequio fratris sui languentis sedulo occupantur, unde equitas suadebat, ut eum minime desererent. Nouissimus est ille D. Bernardi discipulus Deum nolle ut ad eum recurras tuis deficientibus obligationibus, quibus proximo tuo non parum obstringeris. Nec illi grata est templorum frequentatio cum marito tuo languenti non ministras, vel propterea minus intendis precibus familie tue obligationibus, ut dictum est. Tertia est quod magis conueniat sanctis quales erant hæc Domicellæ mulieres & honestiores, comi residere separatas quando aliorum interuentu, ea quæ foris sunt, possunt peragere, nec quidquam est mulieri perniciosius quam huc illucque diuagari. Comparat D. Petrus mulierem vasi vitreo, atque eadem illam cautione ac prudentia esse tractandam.*

Ho. 12. n. 57. Tanquam infirmiori vascula honorem impartientes. Agge quid esse potest vasi vitreo seu crystallino pernitiosius, quam si de parte vna transferatur ad aliam? nec enim hoc fieri potest sine euidenti contractionis vni periculo, cuius tanta est fragilitas, ut aliquando vel vicus sufficiat ventu huius quo percelluntur intereat.

II. *Duo notanda veniunt in formatione mulieris. Primum sit, quod Deus virum creauerit extra paradysum in campo Damasci quem inde ura stultit & Angelorum ministerio tulit in paradysum. Hoc illis significatur verbis: Tulu ergo Gen. 2. 15. Dominus Deus hominem & posuit in eum in Paradiso voluptatis. Mulierem autem formauit in ipso paradiso in quo morari, & quique domus debebat eius esse habitationis: he notat Angelicus doctor & illo anterior D. Basilus. Secundum, agens spiritus S. de formatione mulieris longe alio vsus sit termino, quam vsus fuerat in formatione viri: nam sic de illo loquitur: Formauit Dominus Deus hominum de limo terre, de muliere vero sic loquitur non quod illam de costa formauerit Adæ sed Tulu vnam de costis eius & edificauit deus hanc quam tulerat de Adam in mulierem, vnde D. Chrysolomus: Vnde serituræ diligentiam, non iam dicit formauit sed edificauit.*

III. *Ambo hæc suas patiuntur difficultates: ut quid d. Domine, Euan non formasti in eodem loco quo Adam? an nouissimus fuisse ambo simul formare amboque simul transferre in paradysum: deinde numquid mulier domus est, palatium aut*

Hieron. Bapt. de Lanna, Tom. III.

turris, ut de ea dicatur: Edificauit vobis in mulierem, ut quid non dixit quod formauerit Euan de costa Adæ sicut ait quod Adam de limo terre formauerit? indubiè non vacat hoc myttere.

Primo; significat quod mulier non apta sit, ut de loco ad locum passim transferatur: hoc autem viro reseruat cuius est vagari, discurre, & de loco ad locum transigrare. Secundo: ostendit Deus (ut credimus D. Chrysolomo) quam excellens sit Architectus, quandoquidem de re adeo exigua ac modicæ substantiæ erigat tale ædificium quale mulier esse cognoscitur. Quam optum Architecti Dei potentia qui ex tantilla particula tam elegantia membra concinnauit quisimo per hoc indicauit mulierem esse debere stabilem, adeoque de domo sua immobilem, ac si turris esset & ædificium: nec non adeo difficile esse debere mulieri huc & illuc excluda urgente necessitate diuagari sicut transferte vel mouere domum aut ædificium. Confirmat hoc D. Gregori. Nyssen. extolles sororis suæ soli.

Orat. furtiuam ex duabus Salomonis sapienissimi sententijs: in vna mulierem laudat sanctam ac sortem: hanc illi pumicem tribuens laudem quod firma sit in domo sua illaque non egrediatur, velut antea columna super bases fundata argenteas. Columna aurea super bases argenteas & pedes firmi super plantas stabilis mulier.

Quam formosæ videbantur illæ columnæ autem in tabernaculo Dei super bases fundate argenteas ex quarum stabilitate tota dependebat tabernaculi soliditas: talis est mulier dignitate, autoritate, opibusque principalis enim stabilis in domo sua remanet nec huc aut illuc sine urgente necessitate diuagatur. In altera describit mulierem profanam, impudicam, leuissimam, diceudo: quod in hoc præcipue se talem esse præferat; quod firma domi nequeat consistere, prehen- nec illo loco vaga quiescit: Mulier Garrula duntur.

Et vaga quietis impatiens nec valem in domo consistere pedibus suis: nunc foris, nunc in plateis, nunc in vicinis pro salute vna: hodie reddidi vota mea idcirco egressa sum. Quam graphicè describit Salomon plures ex illis, quæ nunquam in ædibus suis hærent quietæ, nunc illas videbis in plateis, nunc foro, nunc hic, nunc ibi, nunc mane, nunc vespere gyronagas. Quod dominus ad piatendo stationes, ad opera curio deuotionis, votum meum festino completura, hoc est quod ait ab illis responderi: Victimam pro salute vni, hodie reddidi vota mea, ideo egressa sum.

Ecc. 26. 23.

fic illa respondet, ait Salomon, sed audi me respondentem: oritur hoc ex eo quod vana sit & leuis, amica fabularum, cuiusla videre & videri; Garrula, & vaga, & quietis impatienti.

VI. Ego vero (respondet D. Gregor.) huius cau- Laborem sam esse dico: quos labores, colam, & supel- fugiunt lectilem exolam habeant, & nihil sic fugiant, quam solitudinem; ac familia curari pro vt de- 722. cet prouidenda, sicut illa matris nobis de qua Brom. 31. 13 Salomon predicat: *Quasiuit lanam & lino; & digiti eius apprehenderunt salsum, non timebit domus sua a frigoribus, nixis: orates enim domus eius vestis sunt duplicibus.* Hæc opera sunt quibus marito satisfacti, domui consulti, & quæ mulieres commendant vt nobiliores ita sanctiores. Habes hic quæ mulier possit sancta predicari, qua honeste (sic loquitur D. Gregor.) in domo versatur, ac muliebria offensa vitari. *Et strenuo animo exequitur, semperque ad colum manus obferunt, & duplici marito suo vestes effici.* O quam dissimiles sunt illarum hodie cogitationes, quæ se nobiliores magnasque iactant: illa namque exercitia vt vilia anteque despicunt, & titulo seruienti Christo ac pijs insistenti exercitijs: (quando hæc ex animo fiunt & bona non reprobo) nunquam domi consistunt, itaque diuino obsequio suos palliat discursus, teguntque recreationes.

VII. ¹⁶ Iam ab antiquis temporibus huic malo ob- uenire studuit Spiritus Sanctus quando ea decernit quæ populi sui mulieribus in festis à se præscriptis essent faciendæ, de quibus elegantè Theologorum antesignanus D. Thomas disputat. Statuit hoc Deus vt omnes singulis annis conuenirent cum oblationibus velut ad legitimum suum Deum & Dominum in tribus festis celebratoribus agni scilicet Paschalis, Pentecostes, & Tabernaculorum, consuetibus omnibus ex quacunque tribu ad templum seu locum à Deo præstitutum sed expressius voluit, vt ab hoc præcepto mulieres liberæ conferrentur & absoluerentur: *Ter apparebit in anno omne masculinum coram Domino Deo tuo.* Quid hoc Domine an non expediret, vt mulieres pariter cum viris ad tua illa festa tamque sancta conuenirent: illas ad hoc noluit obstringere: quamvis enim bonæ mulieres in hoc Deo seruiant feruentius, lauiore tamen & vagæ hæc vt pallium suorum sumunt discursuum, regressuum, atque recreationum.

VIII. Expendit D. Ambrosius diuersa quæ commemorat Spiritus Sanctus viri Abraham & vxo-

ris Saræ eius exercitia. Abraham vir erat misericordie operibus supra modum intentus & communitè ad domum suæ portam recedebat, quinimo illa quandoque egre debebatur, vt aduentantes per viam pauperes & peregrinos intreret: quod si quempiam illorum aduertet, illi curtebat obuius vt in domum suam diuertere, illum hiarius excepturus vt eum fecisse legitimus tribus illis aduenis peregrinis: Sara verò quid agebat? an non ipsa visceribus plena misericordie? an non pauperibus benigna? an non iustam erat, vt illi Abraham excedens operibus tempusque concederet? veique: vetum hæc agat vt mulier, ipse verò vt vir ad portam hæreat, in vias prædeat, per plateas discutat explorans pauperes, quibus misericors benefaciat, ipsa verò vt mulier secedat ad interiora domus, ipsa studeat vt farina cribretur panis pinfatur, olla ferueat, vt dum maritus adducit pauperes mensam strataam cibosque repetat ad gustum apparatus. Quocirca sic omnia Patriarcha dispulerat, vt illam tamen à tam boni operis excellentia ac meritis, quale est, in pauperes misericordia, nequaquam excluderet. Bonus maritus exortem Religiosi muneris esse non patitur uxorem, nec anare sibi totum munus usurpat. Quod pietatis est, vult esse commune, quod pudoris est, integrum manet Saræ: *Ecce. Foris maritus inuitat, intus Sara conuiuium adornat.* Ecce. Considera quam ex animo illa fierent: dum enim domum ingreditur peregrini, vel Deus in eis, inquirunt ab Abraham: *Vbi est Sara: uxor tua:* Et respondit: *Eccæ in tabernaculo.* An ergo vrbanius non suaderet, vt talibus aduenientibus hospibus illa confestim prædeat saluamque illis adueniunt apprecetur? quid, precor, illis opus erat pertractari vrbanius esse Saræ: quandoquidem ipsi hoc melius, quam ipse Abraham nouerat: etenim concilites erant Dei personam referentes. *Docere nos voluit, quantum pudor esse debeat seminarum, ne prociat: occurrat hospiti in se oculos insectant, salua verecundia ministerium suum exercent: Abraham quoque auribus suis ingerit in tabernaculo. Domus lo Saram degere.* Hinc phrasim intelligas S. Scri. viri honore loquendi communem: dum enim de domo loquuntur viri honoratioris eam vxoris illius domus dicunt appellat: vt notat Lipomanus. Primò, citur vxo patet hoc: dum enim Eliezer Rebecce prope ris fontem mouit pro muere conuulisset. Puella Gen. 24. *ecurrit & nuntiavit in domum matris suæ.* Obj. 28. cit Augustinus: cur non dixit in domum Patris sui? Ratio hæc est: eo quod mulieres primarè rationis suos SS.

& Saræ varia exercitia. L. 1. de A. b. ab. c. 3. D. Amb. Tom. 1. IX. L. de locu. fuis.

suos habebant recessus, particulares in secrete-
 ribus domus in quibus cum filiabus suis, illis
 non egrediendo, morabantur. Hoc ipsum per-
 pende ex eo quod addit: dum enim accessit Re-
 becca atque obitus illi venit Isaac sponsus, quem
 in maritum suscepit sic ait S. S. *Introduxit eam*
Isaac in tabernaculum Sara matris sue: & accepit
eam in uxorem. Hic primo consideres, Saram in
 domo locum habuisse adeo secretum ut per do-
 mum non videretur: cum ipsa tamen esset to-
 tius domus Domina principalis. Agar disciturat
 & vagatur per totam domum, etiam foris, ete-
 nim est ancilla; potro Sara intus remaneat. Hinc
 illud intelligo sponsale dictum. *Introducam te in*
domum matris meae & in cubiculum generici meae
 Et illud Davidis: *Uxor tua sicut vitis abundans in*
lateralibus domus tue: Secundò: quam primum il-
 lam in domum suam adducit, ut eundem sit Do-
 mina, illam in tabernaculum introducit: quasi
 dicat, hæc est sedes tua: ò Domina principalis,
 ac modesta, quæ fuit & matris meæ: in ea enim
 vixit, quamdiu vixit, solitaria.

Gen. 24.
67.

Cant. 3.4.

Pf. 127.3.

D. Ave.
Tom. 9.

Quam bene composita domus quando il-
 lam ingredientibus non prima in occursum pro-
 dit femina, sed necesse est inquirere, ubinam
 sit: potestque responderi. *Ecce intus in tabernacu-
 lo:* non per plateas quaquaversum vagabunda,
 &c. quod si hanc teneat Sara solitudinem, argu-
 mentatur D. Augustin. mulier nonagenaria: plus
 æquo est, ut illam seruet adolescentior, & quæ
 recens prodit in mundum: *Procedit ætate iam*
Sara inueniendam custodi veracundam &c. quid igitur
inuenies mulieres agere debent? Vbi consistere?
 Hæc igitur tua foret, ò Domina, gloria, tuus ho-
 nor: si percunctantibus; ubinam est, responderi
 possit: *Ecce in tabernaculo est.* Illic intus quatuor
 conclusa parietibus, familiaribus rebus interita, & fi-
 lijs ac filiabus intruenti occupata: etenim illam
 David beatum canonizat, qui talem in sponsam
 delegit sibi mulierem, quæ sicut vitis fructifera in
 abundantibus domus suæ cubiculis quiescit sepa-
 rata. *Uxor tua sicut vitis abundans in lateralibus do-*
mus tue.

§. 6. Ex inani sarninarum cogitatione Domi-
 educit compedes, quibus earum refrænet dis-
 cursus.

Gen. 19.
Li. de Na-
bub. Israe-
lita.
Li. 1. p. 4.
c. 11. & 12.

Propositè hic producimus discursum D.
 Ambrosij quem extulit & sumpsit ex præ-
 claro illo magistro Orig. & SS. Patrum.
 Græc. S. Clem. Alex. Circa calceos quibus nunc
 temporis ymuni: res etenim adeo antiqua est

ut eius non inueniamus originem. Argumentum
 assumit D. Ambros. qua potest verborum ele-
 gantia contra abusus quos fertatis, ò Domina,
 in mundum introductos monilium, gemmarum,
 vestium, fucorum, corpori vestio cultus, de ca-
 pite ad calcem: atque hæc omnia turpium se-
 minarum esse inventiones, quæ intenerunt ut
 illis contegerent ac veras suas supplerent turpi-
 tudines cultu suppositio: vnde quantò plures
 bullas, cerussas, gemmasque vobis affigitis, tan-
 tò plures in vobis agnoscitis defectus, tanteque
 vos esse fatemini turpiteres. *Quæ sunt natura tur-*
pes, exhib. quæ sibi applicant quod non habent, ar-
guunt: ad boldem adfert hic facetum Appellis
Picturum coryphæi proloquium: vidit hic à dil-
cupulo suo depictam Regine Helenæ imaginem,
quam orbis ut pulchritudinis colebat prototy-
pon, qui illam pluribus monilibus ac murenilis
estomaverat diuitem, cui sic Appelles: fili mi
scopum attingisti cum illam tot monilibus depin-
xisti formosam, cum illam depingere non po-
tueris vultus forma venustissimam. O Abol. serui
cum non posses pingere pulchram, pinxisti diuitem.
 O exclamat hic, quæ Helenas videmus talibus
 mundus abundat: has peturte plateas, & vide,
 quis ornatus, quis mulierum cultus, quis in fa-
 cie fucus, quæ capillorum crispatio, quæ cate-
 niola aureæ, vittæ, annuli, gemmæ, trillæ, syn-
 dones &c. argumentum hoc euidens est, quod
 de te hoc ipse credat esse se mille defectibus
 turpes quos hac curiosa vestium conatur ope-
 rare supellectile, tales sunt Helenæ, quæ nunc
 sunt mulieres, non verè pulchræ, sed multis ef-
 ficæ & adornatæ diuitijs; si te pulchram glo-
 riaris, hanc in te ipsa ostende venustatem. *Si*
sunt pulchra, sufficit natura, non contendat ars
contra naturam, hoc est fraus viximè liget cum
veritate.

I.

Quæ plu-
 ribus viti-
 tur cetuf-
 sis turpio-
 res sunt.

D. Ave.
Tom. 1.

D. Amer
Tom. 1.

Dicit amplius multo sale & elegantia facta,
 quod inde sequitur nimirum, quod illæ quæ,
 plures inueniantur cerussas, monilia, syndones,
 &c. sint alijs ipse se dioties: quia namque plures
 habent curandos defectus plures necesse est in mulie-
 quarum inventiones, fraudesque exquisitas cas-
 que tantas, ut omnem excédant numerum, do-
 cet hoc nos experientia: quotidie namque nouas ta-
 somniant inventiones ita ut iam hoc anno non
 omnino meminerint eorum quæ anno tulerunt
 præterito: in diebus v. s. Isaac tantus erat nu-
 merus ornatuum mulierum, ut eos ad vigan-
 ti vnum vel duos proprijs recensent nominibus,
 & eorum plures huius Sancti tempore e-
 rant incogniti, qui & ipse suis nominibus
 E c c 2 & alios

II.

Inuclitur
 rû curiosa
 ornamenti